



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri Theologi, Institutiones Morales**

In Quibus Vnivers[ae] Quaestiones ad Conscientiam recte aut prauè  
factorum pertinentes, breuiter tractantur

**Azor, Juan**

**Coloniae Agrippinae, 1616**

27. De resignatione quæ sit Simoniace.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14007**

nimirum fuerit suo beneficio spoliatus. Non est tamen violentia, qua quis beneficio cedit, eo quod ab Episcopo nimum vexetur. Sic enim habet opinio communis.

Septimo quaeritur, An rata sit & firma resignatio beneficii, cum quis resignat suo beneficio spoliatus? Respondeo, eam quoque resignationem a iure damnari, & spoliato dari restitutionem in integrum. Ita docent omnes cap. *Sollicito, de restit. spol.* Quarta, An resignatio post spoliationem coram Iudice idoneo facta valeat, ita ut spoliato restitutio non detur? Respondeo, valere: quod sentit Abbas in *dist. ca. Sollicito, n. 10.* & alij apud Flaminium de resign. lib. 13. q. 5. nu. 22. quia legitima Iudicis auctoritas omnem suspicionem violentiae, & metus excludit. Deinde dubitabis, An valeat resignatio post spoliatum facta, si certo constitit, absque vi & metu cum suo cessisse beneficio? Respondeo, cum Abbate loco citato, illam valere, quamvis teste Flaminio de resign. lib. 13. q. 5. nu. 32. in Rota contrarium sit Iudicatum, quia semper videtur facta ob causam, quae potest esse. At quotiescunque tamen dubitatur cessante sponte, nec ne, in Iudicio, & tuta etiam conscientia creditur iniuri cessisse. Tertio quaeris, An sit irrita resignatio post spoliationem facta, sed per procuratorem antequam spoliaretur, electum ad resignandum? Respondeo, cum Abbate, in *dist. ca. Sollicito*, minime, quia antequam spoliaretur, procuratorem sponte deegerat: vide quamvis procurator secuta spoliatione resignaverit, tota resignatio nihilominus voluntaria censetur, eo quod reahitur ad diem traditi mandati. Item cum electus procurator ad resignandum, videtur resignans pro delicto beneficium habere: quemadmodum statim, ut quis procuratorem constituit ad hereditatem adeundam, videtur eam adire. I. Paulus per procuratorem ff. de acquiren. heredit. Sed quid si Clericus beneficio spoliatus post longum temporis intervallum resignet, nihil de spoliatione conquiritur? Solutio est opinio teste Flaminio loco citato n. 41. ratam eam esse & firmam, quia verisimiliter creditur ratum habere, quod factum est: nemo enim putatur velle iactare rem suam. Quid si Titius beneficio spoliatus resignet alterius gratia, & fauore, non illius, qui ipsum spoliavit, agere ne contra eum poterit actioe spoliij? In Rota Iudicatum esse testatur Flaminio loco citato, num. 35. eum posse agere, & esse restituendum beneficium ei. Quaeris insuper, An spoliatus cedere queat actione spoliij? Potest. Sed quid probare debet spoliatus beneficium, cum petit suo restitui beneficium? Respondeo, cum Innocentio in *capit. ex parte, de restitutione spoliatorum* onus illi incumbere probandi, se possedisse cum spoliatus est, & habuisse etiam titulum saltem apparentem, quem Iurifconsulti coloratum appellant: quem habuisse probabit, si ostenderit se accepisse ab eo qui conferre potuit, aut si exhibuerit aditionem clavium, aut supplicationem etiam solam signatam, aut literas quibus beneficium est consecutus, aut diurnam possessionem, aut ralem confessionem eius, qui ipsum beneficio spoliavit. Unde non restituitur in beneficium qui titulum habere non potuit: Vt laicus, aut matrimonio coniunctus, excommunicatus, suspensus, interdictus, irregularis, & alij huius farinae homines. Non item restituitur beneficium, qui illud sua sponte resignavit.

## CAP. XXVII.

### De Resignatione, quae fit Simoniacae.

PRIMO quaeritur, An resignatio, in qua Simoniacae vitium committitur, robur & vim vim habeat? Minime, teste Innocentio in *ca. Cum uniuersorum, de Res. permitt.* Archidiacono in *ca. Ordinationes* l. *quasi. 1.* Quin etiam, cum beneficium sic resignatum conferretur, cuius gratia est Simoniacae in resignatione commissae, est irritum & inane quod sit. Glof. in *ca. Super hoc verb. Pecunia, de vendic. Veru* dubitatur,

An dicta resignatio ipso iure sit irrita: Olim certe iure communi non videtur fuisse irrita: nam in *capit. Presbiter, l. quasi. 1.* ait Pontifex: *privatus, & c. qui alium, & cap. Infirmum, de Simoniacae*, in occulto Simoniacae sententia definitiva, qua quis beneficio deiecitur, est requisita. At iure nouo nemo dubitat, resignationem per Simoniam factam, ipso iure esse irritam & inane. Patet in extrauaganti Mart. V. in Concilio Constantiensi edita, quae incipit: *Multa, ill. 5. verbis: Volentes, collationes, & provisiones per Simoniam factas, esse nullas: & provisiones, ipso iure & facto fore excommunicatos.* Et in Extrauag. Pauli III. *Cum de stabulo, de Simoniacae, inser. communes*, in alijs verbis: *Electio, p. solatates, confirmationes, provisiones, seu quasvis alias dispositiones, quas Simoniacae contigerit labe pollui, irritas, in nullo carere & laemus. Et in Ecclesijs, Monasterijs, Dignitatibus, Personatibus, Officijs Ecclesiasticis, & quibusvis beneficijs, aut aliquo eorum cuiquam suo nullatenus acquiratur: nec in eis faciat aliquis simoniacus sed ad illorum omnium quae & cap. restitucionem, sub animae suae periculo sit adstrictus.* Ideo quae q. si autum est in Concilio Constantiensi eisdem pene verbis: & addit hoc etiam: *Si autem insuper, quod dantes & recipientes, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, etiam si Pontifici, vel Cardinali presbitero dignitate: Nec non in Concilio Lateran. sub Leone X. in Constitutione de simoniacae, cuius est initium: Superna, renouat. n. omnes poene, siue per Romanos Pontifices, siue per Concilia in Simoniacos constituta. Tandem Pius V. edidit Constitutionem, cuius principium est: Cum primum anno primo, ubi sic ait: *Et ut Simoniacae prauitatis, & labe profus abolerentur, Constitutiones antecessorum nostrorum contra Simoniacos dictas, & praesertim Pauli I. inuolubiler obseruari mandamus: Et delinquentes tam in sacerdotum Ordinum receptione quam in beneficiorum assignatione, statuis etiam inferius poene, nosira voluntate affici volumus. Quicunque igitur detestabile crimen Simoniacae prauitatis commissus fuerit, in consequendis Ordinibus, eo ipso si ab illorum executione per decem annos sine spe dispensationis suspensus, & per annum carceribus mancipetur. Qui dignitates Ecclesiasticas Simoniacae acquisierit, illis si ipso iure priuatus, & in futurum inhabilis ad eas, & quasvis alias obtinendas. Qui beneficium, aut Officium Ecclesiasticum Simoniacae adeptus fuerit, illi similiter si ipso iure priuatus, & ad fructuum omnium quos percipit, restitutionem tenetur: & perpetuo si inhabilis ad eam, & quacunque alia beneficia Ecclesiastica assequenda. Si quis autem tale crimen pluries commissus fuerit, praeter supra dictas poenas etiam corporaliter puniatur. Et ab Ordinibus Ecclesiasticis degradatus, si delictum conuictus fuerit, in Constitutio. Hinc apparet, beneficium per Simoniam obtentum, posse a quocunque alio impetrari, quia ipso iure vacat. Abbas in *capit. Cum uniuersorum, numero quinto, de Res. permittat.***

Tertio quaeritur, Quae resignatio per Simoniam facta censetur? Constante opinione censetur, eam ralem censeri, quae non fit absolute, & simpliciter, sed aliqua conditione, pacto, siue modo, Glof. in *ca. scilicet cum Abbate in ca. Ex parte, de Offic. Ind. delegati.*

Quandoquocunque igitur beneficium resignatur, ut pecunia, vel aliquid aliud pecunia aestimabile pro resignatione detur, vitium admittitur Simoniacae.

Quarto quaeritur, Nunquid Simoniam contineat resignatio facta coram Ordinario loci gratia, & fauore alterius, & non aliter, nec alio modo, ut Iura loquuntur? Dux sunt opiniones: quatum prima negat, caetera loquuntur Covarruias lib. 1. *Variarum resolut. cap. 5. num. 4. & 5.* eo quod nihil pecunia aestimabile pro resignatione promittitur, datur, vel accipitur. Sic etiam Socin lib. 9. de *Iust. q. 7. artic. 2. conclus. 1.* Secunda opinio affirmat, quam communis recipit auctororum consensus cum Glossa cap. *Ex parte. 1. de offic. Ind. deleg.* nec ab ea dissentit Archidiaconus, & Praepositus in *cap. Ordinationes. c. Quicunque. l. qu. 1. Felinus in c. Ad audientiam, de reser. Abbas in c. Cum uniuersorum, de res. permitt. Callad. dist. 1. de eman. & dist. 2. de Simon.*

Rebus in praxi benef. par. 3. tit. de pna resign. Si u. in verbo, Renunciat. q. 7. Tab. eo verbo. n. 4. Nauar. in M. n. c. 23. num. 107. Et hec magis veritati fauet; quia, ut constat ex cap. qua pio 2. q. 1. Et c. pact. de Pactis. Canonice & Iura omnem conditionem in beneficiis consequendi condemnant. Sed quia hæc conditio solum Iure canonico damnatur: ideo resignatio quæ sub hac conditione coram Rom. Pontifice fit, sæpe admittitur. Hinc etiam perspicitur, mandatum acceptum ad resignandum coram Ordinario loci gratia alterius, & non alio modo, nullum esse momenti. Cum tamen dederit quis mandatum Titio procuratori, ut simpliciter resignet coram Ordinario loci, & post resignationem libere & simpliciter factam petat ab Ordinario, ut conferat Caio, nullum est Simonie vitium, quia conditione, pacto, & modo caret tale mandatum.

Quinto quaeritur, An cum Simonie labe beneficium resignetur ea conditione, ut resignatarius, vel alius resignet aliud beneficium gratia ipsius resignantis, vel alterius, sc. nepotis vel amici sui, vel alterius cuiuslibet? Conuenit inter omnes Simoniam hæc in resignatione committi: sic Innocen. Ioan. Andreas, aliquo à Beneficio producti in Clam. n. 43. de verum permissa. Simoniacus est, qui resignat beneficium eo pacto, ut resignatarius vel alius ipsi iustitiam ferat in electione, presentatione, vel ademptione alterius beneficii, vel officii, vnde Simoniam etiam admittit, resignans beneficium v. g. fauore Titij, vel alterius, ut ipsi ipsum moneant, & certiores faciant de aliquo beneficio in ipsorum provincia vacante. Eadem quoque ratione Simoniacæ est resignatio, quando quis resignat beneficium, pollicitus ante se id facturum, si fuerit à resignatario, vel alio ipsius nomine admonitus de alio beneficio vacante: aut si aliud beneficium fuerit adeptus opera resignatarij. Si quis item renunciet ita, ut retineat sibi beneficium dum viuit, vel fructus, vel aliquam certam pensionem, Simoniam contrahit. Item renuncians quis ea conditione, ut si beneficium fuerit pensionem grauatum, eam ipse soluat, non est libera à Simonia. Nauar. Consilio quarto. 4. de Simonia.

Sexto quaeritur, An ea beneficii resignatio quæ coram Ordinario loci fit cum conditione, quæ iure beneficio inest, contineat Simoniacam prauitatem? Ad hoc communis opinio respondet, minime: danique colligitur ex ca. significasti, de elect. etenim conditio iure annexa beneficio, iura conscientia in pactum deducitur, ut si ego beneficium resignem ea lege, ut in Ecclesia commoretis & resideas, vel ut bis aut ter in hebdomada rem diuinam facias, hoc onus beneficium est impositum. Vnde fit, ut nulla Simonia sit, si beneficium resignem, ut illud alteri conferatur: hoc enim iure inest beneficio. Secus vero si resignem, ut huic vel illi, quem nominò concedatur. Dubium est, An si resignem beneficium meum apud loci Ordinarium simpliciter quidem, sed ea intentione siue voluntate, ut nepoti meo, vel consanguineo detur, Simoniacæ labe inficiatur? Hostiensis in cap. ex parte, de offic. iud. deleg. resignationem hanc, uti Simoniacam damnat; at glol. in cap. Ordinationes. verbo; Pretium, prima questione prima, Et cap. ex parte primo, de offic. iud. deleg. docet ab omni labe Simonie esse alienam. Ita. Cardin. Alexandrinus Et Archidiaconus in dicto capitul. Ordinationes, Et Nauarrus in Manuali cap. 23. n. 107. Et in cons. 38. Et it. de Simonia: & hæc opinio verior est, quia in tali resignatione nulla est conditio expressa vel tacita, ut meo nepoti, consanguineo, amico, vel alteri concedatur. At etiam, dicit aliquis, Simonia in hac resignatione saltem mente concepta. Negat communis opinio, eam esse, quando ea conditio non est animo retenta, ut propter illam meum beneficium resignem, licet cupiam, & velim, ut meo nepoti, consanguineo vel amico conferatur. Et proinde is qui dedit mandatum, ut Procurator simpliciter beneficium resignet, ea clausula appositâ: ut ipse vel alius post resignationem admissam, loci Ordinarium precetur, ut conferat ei beneficium, cui ipse resignans volebat, nullum admittit Simonie crimen, ut

refert Cassadoro decisio. secunda, de Simonia, est in Roma iudicatum.

Neque his aduersantur Pij Quarti, & Pij Quinti, constitutiones, quæ damnant beneficiorum resignationes ex confidentia factas: eam videlicet si Pontifices condemnant in resignationibus confidentiam, quæ in pactum expressum, vel occultum deducitur, non autem confidentiam sola mente retentam, Nauar. consil. quadragesimo octauo, n. 3. de Simonia.

Septimo quaeritur, de Titio beneficium resignante in gratiam & fauorem Caii, ea conditione, ut ipse Caius soluat impensas, quas fecerat Titius in eo beneficio consequendo, num Simoniacæ se labe commaculet? Communis opinio est, eum esse simoniacum: id enim non obscure colligitur ex capitulo, cum primum, de pactis, & testatur Glossa in capitul. super hoc, de Renunciat. verbo, Pecunia. Quid si Titius resignet beneficium, & antequam literæ Pontificiæ expediantur, mutuum pecuniam petat, & recipiat à Resignatario? Primum dico, simonie vitium contineri in eo quod Titius resignat beneficium ea conditione, ut Caius mutuum pecuniam ipsi det, vel ut debitam ipsi remittat: tunc enim resignatio cum conditione fit. Deinde, nullum esse simonie vitium, si Titius postquam absolute & simpliciter cum Caio conuenit de resignando beneficio coram Rom. Pontifice, petat & recipiat ab eo pecuniam mutuum, siue ante supplicationem Pontifici oblatam, siue post eam oblatam & signatam, & ante expressum consensum datum in Camera Apostolica vel Cancellaria ad litterarum expeditionem. Nauar. in consil. 50. Et 51. de Simonia: nihil enim in hac resignatione conditionis est adiectum de pecunia mutua per resignatarium danda, sed eam dat resignatarius vel ob amicitiam, vel ob grati animi significationem Titio declarandâ. Quid item, si resignatarius soluit omnes impensas, quæ in conficiendis, expediendisque Pontificiis literis factæ sunt, ita ut soluat etiam eas quæ à resignante soluendæ essent ob fructus sibi certam pensionem referuatam? Nauarrus consil. 5. de Simonia, simoniacam hanc tradit esse resignationem. Hoc tamen locum habet, quando resignatarius eas soluit impensas, ut alter beneficium resignaret ob eius gratiam & fauorem, videlicet ex pacto expresso, vel tacito ut eas solueret. Quid vero etiam, si resignatarius cum resignante conuenit, ut ipse solus omnes solueret impensas, & postea ex pensione ad quam soluendam resignatus obligat, retineat sibi quod impedit nomine resignantis, hoc est, pro ipso resignant? Dico, esse usum & consuetudine curiæ Romanæ receptum, quo resignatarius in expeditione litterarum pro resignante soluit, postea vero retinet id quod impendit pro illo, quo primum tempore incipit soluere pensionem resignanti, quam sibi referuat.

Octauo quaeritur, An sapiat simoniam resignatio beneficii litigiosi ex conditione, ut euicta lite resignatarius certæ pensionis assignationi consentiat? Tradit Nauarrus consil. 11. num. 1. de Simonia, sapere simoniacam prauitatem eiusmodi resignationem, ob conditionem implicitam. Et quid si conditio fuerit adiecta, ut resignatarius repararet ecclesiam, in qua est beneficium constitutum, siue ut emat instrumenta musica in utilitatem, & decus ipsius ecclesiæ? Respondeo, distinguendo, aut hec onera sunt beneficio imposita, aut non sunt. Si primum, nil est simonie ut sup. dixi ex c. signific. de elect. si secundum, resignatio est simoniaca, ex t. cum pridem, de Pactis.

Nono quaeritur, An qui renunciat literis Pontificiis, quibus beneficium aliquod expectabat, eo pacto, ut recipiant pecuniam vel pensionem ecclesiasticam, admittat simoniam? Communis opinio videtur esse hanc renunciationem simoniacam esse. Et id tradunt Innocen. Hostiensis, Butrius, Abbas, Imol. in ca. ad audientiam. 2. de rescriptis. Glossa vero in eo capitulo, videtur docere non esse Simoniacam, tum quia Pontifex Honorius Tertius ibi ita loquitur: Ad audientiam nostram peruenit, quod quidam Clerici, obtentis à sede Apostolica literis super provisione sua in alio

quibus Ecclesijs sibi subiectis recipientes ab eis annuas pensiones seu alia Beneficia, ab eorum cooperatione desistant, renunciantur tunc licet. At Pontifex hoc ius ut simoniacum non damnat, quod & ipsa ratio persuadere videtur, quia tales literæ nequaquam dant ius in beneficio, sed ius ad beneficium. Unde sit, ut quis absque auctoritate superioris, tuta conscientia litteris simpliciter renunciet Pontificijs: ut colligitur ex cap. Veniens, & capitulo sane. de renunciat. cum tamen beneficium citra superioris assensum nequeat simpliciter resignare, ex cap. Quod in dubijs. de renunciat. Sed hanc Glossam exteri communiter rejiciunt: & merito ut docet Siluest. renunciatio, quasi i. versio. 3. nam quum per literas Pontificias minime ius in beneficio acquiritur: bene tamen ius ad beneficium, quod est spirituale ius, vel annexum spirituali, sicut Clericus presentatus à patrono, tamen si ius in beneficio non acquiritur, acquirit tamen ius, ut instituat in beneficio: ergo hoc argumentum concludit absque simonia non posse renunciari ius per literas acquisitum: ob commodum aliquod pecuniæ instabile, quia ex eiusmodi litteris acquisit ius ad petendum beneficium: si vero officio superioris, vel amici boni iuri renunciet litteris pure, & deinde ei detur aliquod temporale, simonia non est, ut loco citato Siluest. ait. Quid si renunciet litteris eo pacto, ut sibi aliquod beneficium Ecclesiasticum conferatur? Respondeo, cum Siluestro, loco citato, ubi citat Innocent. & Hostiensium in cap. ad audientiam de rescript. non esse Simoniam, quia est quædam permutatio rei spiritualis cum re spirituali: id tamen locum habet, si fiat auctoritate superioris. Nam etsi Canones & Lira prohibent generatim, ne renunciatio beneficij cum aliqua conditione fiat; non vetant tamen, ne his quas dixi, litteris renunciemus, ut beneficium, vel pensionem Ecclesiasticam, in locum beneficij suppositam habeamus.

Decimo quaeritur, An renunciatio, quæ temporale commodum aliquod, vel spirituale continet solummodo promissum, non datum, redoleat Simoniam? Communis est opinio eam continere Simoniam. Sed quid faciet is, qui est beneficium consecutus, & promissum nondum implevit? Tunc is non tenebitur quidem promisso, sic enim Simoniam haud dubie re ipsa complectitur beneficium tamen obtentum dimittere cogitur, ut Glossa, Abbas, Felinus annotant, in c. Tua nos. de Simonia. Ratio est, non quia per Simoniam acquisit: cum ea solum sit conventionalis; non est ipso iure beneficij priuatus, sed priuandus per sententiam iudicis: sed quia beneficium est illi datum ob causam, & illa causa sequuta non est.

Pari ratione, qui temporale commodum reciperet ex promissione Simoniacâ, & nondum dato spirituali, quod se datum promiserat: restituere debet quod accepit: alioqui legitima contritio caret, ibidem teste Panormitano. Dubium est etiam, contrahatne Simonia crimen beneficij resignans, ut sit gratus, & obsequatur alteri, ad eius quæ accepit obsequia remuneranda atque compensanda? Proculdubio, si id fuerit in pacto deductum, Simoniam contrahit, quia est conditio infecta & vitiosa talis resignatio.

Undecimo quaeritur, An si resignatarius, quo die consensum præstat, resignanti promittat se illud beneficium dimissurum, cui ipse voluerit, resignatio Simonia labe vitietur? Respondeo, vitari Simonia crimine, saltem in Iudicio, tanquam talis condemnabitur: quia pactum in ipsa resignatione, vel statim paulo post eam adiectum, Simoniam inducit.

Duodecimo quaeritur, Quid sit dicendum: si Titius beneficium obtinuerit ex resignatione Caij cum reservatione pensionis annuæ ipsi Caij soluendæ, & ex intervallo temporis Titius sua omnia bona obligauerit, vel fideiussores dederit pro solutione pensionis: hicine interueniet Simonia? Minime: quia talis resignatio nullam conditionem habuit annexam: ea enim obligatio post aliquod temporis intervallum accessit.

Decimotercio quaeritur, An Simoniacum sit factum

hoc: Duo litigabant, vnus promittit alteri se resignaturum gratia & fauore ipsius, si beneficium equalium reddituum consequeretur? In Rota iudicatum esse dicitur, Simoniam ab ea resignatione minime abesse, ob conditionem in illa contentam.

Decimoquarto quaeritur, An sit Simoniacum pactum, cum quis promittit resignanti tertium partem fructuum beneficij resignati conferendam in dotem sororis, & alimentum nepotum? Respondeo, cum distinctione: Aut promissio est de dandis dote & alimentis forori & nepotibus eius, qui beneficium resignat, & pactum est Simoniacum: Aut promissio est de dandis forori & nepotibus ipsius resignatarij, & nullum est Simonia vitium, quia id dare resignatarius debet.

Vltimo quaeritur, An resignatio beneficij sit Simoniacâ, si resignans, vel resignatarius non compleuerit id, quod est in pacto deductum? Aut Rebuffus consil. 63. n. 13. minime, quia nihil est factum, & potius pactum est relictum. Nihilominus à principio fuit Simonia conventionalis.

## CAP. XXVIII.

### Regula Cancellaria de Infirmis sua beneficii resignantibus, proponitur primum, deinde explicatur.

Extat Regula Cancellaria de ijs, qui in ægitudine conuicti beneficia dimittunt, hunc in modum habens à tempore Sixti V.

Item voluit (Sanctissimus Dominus noster Papa) quod si quis in infirmitate constitutus resignauerit aliquod beneficium, siue simpliciter, siue causa permutationis, siue abas dimiserit, aut illius Commanda cesserit, seu ipsius beneficij unionis dissolutioni consenserit, etiam vigore supplicationis, cum esset sanus, signata, & postea infra viginti dies, à die per ipsum resignatum præstandi consensu computandos, de ipsa infirmitate ceciderit, ac ipsum beneficium quauis auctoritate conferatur, & resignationem sit factam, collatio huiusmodi nulla sit, ipsaque beneficium nihilominus per obitum consecutus vacare. Hactenus Regula: Porro regulam huiusmodi ita publicatam de infirmis sua beneficia resignantibus primum edidit fertur Bonifacius VIII. Vt Gomezius refert. hanc autem Regulam explicuere Gomezius, Mandosius, & Rebuffus in tertio parte Praxis beneficiorum, titulo de Resignatione ratione personæ, & rei vitiosa: Flaminius Partius de Resignat. Tomo II. lib. II.

Primo quaeritur, Quem ad finem hæc regula firmiter instituta, & an à iure communi dissentiat, ita ut tanquam à iure recedens sit strictius intelligenda & explicanda. Gomezius questio. I. docet, cum iure communi congruere, in capitul. secundo, de Renunciatione in sexto, ubi qui morbo beneficia resignant, id in fraudem aliquam agere creduntur. Nam fraudantur Ordinarij locorum, fraudantur expectantes, & Mandatarij, & Nominati, his enim omnibus via præcluditur ad beneficia, quæ alioqui essent per obitum vacatura. Communi iuri est constantium, ne successio quasi iure hereditario in beneficijs admittatur, capit. Apostolica. & cap. Si ergo cetera. Questio. 1. cap. Ad hac, cap. de Decimis, cap. ad decem. de i. sicut, cap. 1. capit. Ratio de præbend. Aegrotus autem putans se moriturum, ne beneficia vacent per obitum, ea dimittit. Ceterum contendit Mandosius quod, præter ius commune esse huiusmodi Regulam: nam iura omnia permittunt infirmis etiam morti vicinis actus legitimos, restari etenim possunt aegroti, lege Sentium. C. Qui testam. c. i. facere possunt, & lege 2. de Testam. Item transigere possunt. l. Sanum mentis. C. de transact. & matrimonium contrahere. l. Ban. Andr. c. sine culpa de Regal. l. i. in sexto, cap. 2. de coniugio lapso. Possunt item, ut testes examinari. Decius consil. 71.